

DISSE⁷
TARIO
IVRIS PUBLICI GERMANORVM
1789
SISTENS
THEORIAM GENERALEM
DE
CAVSIS IVSTITIAE
ET
POTESTATE IVDICIARIA

QVAM
SVB PRAESIDIO
VIRI
PERILLVSTRIS ET CONSULTISSIMI
D. DAN. NETTELBLADT,
POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS,
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS,
ET
FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARI,
DIE IV. IVL II MDCCLXXXIX.
DEFENDET
AVCTOR
IO. GOTTL. LEBERECHT HOFFMANN,
LIGNITIO - SILESIUS.

HALAE,
FORMIS VIDVAE CVRTIL



C I C E R O

D E O R A T . L I B . I.

Si esset — cognitio juris magna ac difficilis , tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi labores impellere.

VIRIS
ILLVSTRIBVS, EXCELLENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS,
AMPLISSIMIS
REIPUBLICAE LIGNICENSIS
DIRECTORI
CONSULIBVS
SYNDICO
CAMERARIO
ET
SENATORIBVS
PATRIAE PATRIBVS
SVISQVE FAVORIBVS ATQVE PATRONIS
AETERNUM VENERANDIS

S P E C I M E N
H O C C E I V R I D I C V M
T A N Q V A M
V I T A E A C A D E M I C A E I V S T E P E R.
A C T A E G R A T I Q V E A N I M I
D O C V M E N T U M

S V M M A C V M O B S E R V A N T I A O F F E R T
A V C T O R.

etiamque uti excludatur dubium, sicutque ab illis, quibus
tempore huius in Tali sententia sicut etiam in aliis tempore
et opere eiusdem vel in aliis sententiis, quibus de iure publico, et
de iure privato, et de iure criminali, et de iure civili, et de iure
militari, et de iure ecclesiastico, et de iure canonico, et de iure
publico, et de iure privato, et de iure criminali, et de iure
militari, et de iure ecclesiastico, et de iure canonico, et de iure
publico, et de iure privato, et de iure criminali, et de iure
militari, et de iure ecclesiastico, et de iure canonico, et de iure
L. **B.** **S.**

Inter gravissimas Iurisprudentiae doctrinas atque accuratori disquisi-
tione nequaquam indignas, ea quoque, ut fert mea sententia, iure
numeranda est, qua prima principia causarum iustitiae et potestatis
civilis iudicariae continentur. Quae doctrina, tum iure romano in
germaniam introducto, tum superioritate territoriali in illa enata, mul-
tis modis est mutata, quod respiciendum est ei, qui illam bene per-
spicere cupit. Licet vero non desint scripta quae hoc referri possunt;
tamen mihi videor opus haud plane inutile suscepisse, dum hoc in li-
bello theoriam generalem de causis iustitiae et potestate iudicaria pro-
ponere studui. Si enim tota doctrina de causis iustitiae et potestate iu-
dicaria exhaurienda, specialiora de causis iustitiae et de potestate iu-
dicaria,

diciaria, id est, de potestate iudicaria reipublicae seu civitatis, quoad feuda, crimina et sacra addenda fuissent, quod ob temporis angustiam et nimiam prolixitatem fieri haud potuit. Ceterum sedulo praecauere studui, limites inter iurisprudentiam theoreticam et practicam non turbari; dum, licet detur iurisprudentia practica publica, tamen nec ad eam, nec ad alias partes iurisprudentiae practicae pertinentes veritates, ad iurisprudentiam publicam, tanquam partem iurisprudentiae theoreticae, referri debeant.

CA.

CAPVT I.
DE CAVSIS IVSTITIAE.

§. 1.

Inter varios in iure obuenientes *causae* significatus, praecipue is notandum in quo sub *causae* nomine venit, rerum status cuius occasione aliquid definiendum seu determinandum est, et hic est is, in quo causa sumitur, si loquimur de causis iustitiae (Iusfitzachen, Rechtsfachen, Parteifachen). Quoad causam in hoc significatur sumtam vero a se inuicem distingui possunt et debent 1) ipse rerum status, cuius occasione aliquid definiendum est, id est, *causa ipsa*; 2) id ipsum, quod occasione causae definiendum est, id est, *punctus nunc definiendus*; 3) ii, quorum est definire seu determinare quod definiendum seu determinandum est. Conf. DN. PRAESIDIS Erörterungen einiger einzelnen Lehren des deutschen Staatsrechts, num. VII. §. 4. nota a. Quae cum ita sint, facile patet, causas ex triplici fundamento diuidi posse, licet hic non nisi de earum diuisione ex primo et secundo fundamento agendum sit.

§. 2.

Pro diuersitate *causae ipsius*, causae vel tales sunt quas causas *iuridicas* appellare liceat, vel tales non sunt. Is enim status rerum ipse, qui causam ipsam constituit, vel concernit iura et obligationes, vel non, indeque in priori casu optimo iure *iuridicae causae* dici possunt: in posteriori casu vero ita dici non possunt. Praeterea et pro diuersitate *puncti definiendi* causae diuidi possunt, in iuridicas et quae tales non sunt, in eodem sensu, prout nimirum *punctus definiendus* vel iura et obligationes concernit, vel non.

§. 3.

§. 3.

Mitto causas quae cause iuridicae non sunt, dum cause iustitiae, de quibus hic agendum, sunt species causarum iuridicarum. Prout vero cause in eo significatu in quo mihi de iis sermo est, *generatum* pro diueritate cause ipsius, ut et puncti definiti in species diuidi possunt: ita et idem speciatim locum habet, quoad causas iuridicas, indeque ante omnia dicta diuersa divisionis fundamenta, ad causas quae sunt iuridicae cause applicanda sunt.

§. 4.

Quod itaque attinet divisionem causarum iuridicarum quoad causas ipsas seu in se spectatas, hoc referri potest duplex causarum iuridicarum diuisio, nemirum diuisio earum in *I. publicas* et *priuatas*, prout iura et obligationes, vel statum publicum, sive internum sive externum, concernunt, vel non. *II.* In *civiles*, *feudales*, *criminales* et *ecclesiasticas*, prout, sive caeteroquin sint vel publicae vel priuatae, iura et obligationes quae concernunt, vel nec feuda, nec criminis, nec sacra: vel aut feuda, aut criminis, aut sacra concernunt. Licit vero haec quadrimembria diuisio facili negotio reduci posset ad bimembres divisiones, praferenda tamen prior, quoniam *DN. PRAESIDIS V. Cl.* quem hic sequor, systemati vniuersae iurisprudentiae positivae Germanorum magis accommodata est, quippe qui totam iurisprudentiam positivam theoreticam, prout naturalem, diuidere solet in *civilem*, *feudalem*, *criminalem* et *ecclesiasticam*, sub *civili* vero comprehendere, tam publicam, quam priuatam sive *civilem* stricte sic dictam iurisprudentiam, et publicam subdiuidere in publicam stricte sic dictam et ius gentium ad gentem germanicam applicatum.

§. 5.

Sequitur causarum iuridicarum diuisio secundum punctum definitum. Est ea haec, quod sint, vel *causae iustitiae*, vel *non*. Licit vero cause iuridicae in se spectatae semper concernant iura et obligationes, quoad punctum definitum tamen non semper concernunt eum, seu punctus definitus non semper est is: huius vel illius iura et obligationes definiri, quae ei

ei secundum ius per leges; vel legitimam hominum dispositionem iam constitutum, competitunt. Quod si nunc ponis, causam iuridicam secundum punctum definiendum consideratam, esse hanc; huius vel illius iura et obligationes, secundum ius iam constitutum, definiri, habes causam iuridicam quae *causa iustitiae* est. In casu opposito vero causa quoad punctum definiendum considerata, causa quidem iuridica dicenda, si alio modo iura et obligationes concernit: ast causa iustitiae dici nequit. Sic e. g. causa nouam legislationem concernens, talis causa iuridica est, quae non est causa iustitiae.

§. 6.

Cum opposita contra se opposita clarius, ut aiunt, elucescant, ante omnia definiendum: an male, vel bene, causis, quae causae iustitiae non sunt, *causae politiae* seu *causae regiminis* opponantur? Nullo modo hoc admitti posse iam dudum alii monuerunt; inter quos praesertim notari merentur Perilluftris Cameræ imperialis Affessoris FR. ALB. CONST. NEVRATH in diss. sistente: *Observationes nonnullas de cognitione et potestate iudicaria in causis, quae politiae nomine veniunt.* Erlang. 1780. nec non Ill. IO. BERNH. EICHMANN in den Erläuterungen des bürgerlichen Rechts nach Anleitung des hellfeldischen Lehrbuches der Pandecten, vierter Theil, S. 309. seqq. qui posterior non solum variis exemplis illustravit differentiam inter causas iustitiae et politiae, sed et, quoad litteraturam, scripta recentissima et minutissima, quae huc faciunt, allegavit indeque in iis hic recensendis mihi otium fecit. Inter haec scripta etiam obuenit FLOERKII Schediasma: *Erörterung der Rechtsfrage: ob und wie ferne Polizeifächen vor die Iustiz-Kollegia gehören etc.* in quo scripto laudatus Auctor imprimit differentiam inter causas iustitiae et sic dictas causas politiae constitutae et illustrare studuit. §. III. verbis. „Dahingegen die Iustiz- oder „Gerichtsfächen, welche auf Handhabung der Gerechtigkeit in Privat-„angelegenheiten oder Parteifächen gehen, nur den Nutzen oder Schaden „einzelner Personen, oder das Mein und Dein betreffen, zum Gegen-„stande haben. In §pho antecedente causas politiae ita definit: Die Na-„tur und Eigenschaft der Polizeifächen befiehet eigentlich darinn, dass „solche das gemeine Wesen, entweder des ganzen Landes, oder einer Stadt, „oder auch nur eines Fleckens oder Dorfes, oder sonst eine Gemeinde „oder Zunft im Ganzen betreffen, und dahin gerichtet sind, dass ver-„nünftige und kluge Anstalten auch durch Gesetze und Verordnungen

„nach Beschaffenheit der iezzigen und künftigen Umstände, der Nuzzen „entweder des ganzen Landes oder einer befondern Stadt, Gemeinde u. f. w. „befördert werde. In welchem Fall der Vorteil des einen oder andern „Unterthans, Bürgers, Einwohners oder andern Mitgliedes, dem Nuzzen „vieler, nemlich des ganzen Landes, Stadt, Gemeine u. f. w. billig nach- „zusezzen, weil dieses sich in der allgemeinen Regel: Salus publica su- „prema lex esto, gründet.“ Quod praeterea attinet speciatim rempublicam romanam, apud Romanos in eo differentia caufarum iustitiae et caufarum politiae querenda est, vt sint vel caufae iustitiae et politiae, prout in Roma veteri ad Praetorem aut ad Aediles et in græcis ciuitatibus ad Agoronos spectant quoad cognitionem. Observandum tamen est, omnes magistratus olim Romæ praetores vocatos et ad plenam reipublicae administrationem institutos fuisse, vt GERH. NOODT de iurisdictione et imperio Lib. I. Cap. I — V. emucleauit. Aediles e contrario curarunt administrationem rei politicae, seu vt CICERO de Lgg. III. 3. inquit: Sunto aediles curatores vrbis, annonae, ludorumque sole- nium. At tamen negari nequit, aediles instructos fuisse iurisdictione jusque dicendi facultatem habuisse; licet inde colligi nequeat, adminis- trationi rei politicae haud præfuisse aediles et decisionem caufarum rem politicam concernentium ad eos non spectasse.

§. 7.

Quod dictam est de causis politiae caufis iustitiae non opponendis, valet etiam suo modo de caufis regiminis. Nolo hic repetere, quae DAV. GEOR. STRUBEN in noto traçatu: *Gründlicher Unterricht von Regie- rungs- und Iustizsachen*, hac de re concessit; sed tantum paucis monere quid de hac re sentiam. *Caufae regiminis* in sensu latiori dicendae sunt omnes caufae, quae concernunt exercitium cuiuslibet potestatis, in pri- mis potestatis civilis reipublicae. Est itaque diuissio caufarum in causas regiminis et quae tales non sunt, diuissio caufarum qua talium, non vero earum quoad punctum definiendum (§. 1.) qualis est diuissio caufarum in causas iustitiae et quae tales non sunt. (§. 5.) Hiunc fluit, neutiquam admitti posse caufis iustitiae opponi causas regiminis; sed potius caufæ iustitiae sunt species caufarum regiminis in dicto sensu latiori caufarum regiminis; dum, qui in causis iustitiae punctum in iis definiendum defi- nit, omnino exerceat potestatis iudicariae quandam partem. Vnde, si res

res omnis ab evo, vt aiunt, repetenda, haud dicendum: causas vlo modo concernentes iura obligationesque, et sic causae iuridicae (§. 2.) sunt, esse vel causas iustitiae, vel causas politiae, aut eas esse, vel causas iustitiae, vel regiminis. Potius dicendum est, causas iuridicas, vel ipsum statum publicum (die Staatsverfassung) concernere, vel non, et tam priores quam posteriores causas iustitiae esse quidem posse, ast non semper tales reuera esse. Caeterum hac de re conferri meretur, lezu dignum scriptum, quod prodiit Lipsiae 1787 sub titulo: *Versuch über die Rechte des Kaisers bei Streitigkeiten der Reichsfürsten, über ihre Staatsgerechtsame in Verhältniß zur Verfassung des Reiches im Ganzen von FRID. HULD. CARL SIEGMANN.* Praesertim hoc faciunt verba, quae pag. 73 obueniunt, sequentia: „Es ist sehr natürlich, das Staatsrechtsstreitigkeiten den Reichsfürsten, bloß um die „„ser Eigenschaft willen, der richterlichen Gewalt nicht entzogen sind. „„Nach dem wahren Begriffe von Iustizsachen haben nicht etwa nur einige, „„von ihrem Gegenstände, so oder so benannte, Sachen diese Eigenschaft, „„sondern es kann iede Sache, zu welchen Gattung sie in Rüksicht auf „„ihren Gegenstand überhaupt, nur immer gehören mag, in Anschung „„des auszumachenden Punktes zur Iustizsache werden, wenn dieser letzte „„Rechte und Verbindlichkeiten betrifft, welche Iemand nach bereits vor- „„handenen Gesetzen zustehen. Man drückt sich aber daher eben nicht „„sehr richtig aus, sondern giebt vielmehr zu einer Verwirrung in Begriffen „„Anlaß, wenn man die Iustizsachen den Polizei- Lehns- und Regierungs- „„sachen entgegen setzen, und sie dergestalt zu einem von diesen ganz ab- „„gesonderten Sachengeschlechte erheben will. Eine Sache kann, nach „„ihrem Gegenstande überhaupt betrachtet, die Polizei- Lehns- und Staats- „„verfassung betreffen, mithin eine Polizei- Lehns- oder Staatsache seyn, „„und dennoch zugleich als Iustizsache in Betracht kommen, sobald nur „„das, was jetzt dabey auszumachen ist, Rechte und Verbindlichkeiten be- „„trifft, welche auf den schon vorhandenen Polizei- Lehns- und Staatsge- „„setzen beruhen. So wenig indeffen Reichsfürstliche Staatsgerechtsame, „„so oft es darüber zum Widerspruche kommt, darum, weil sie in der Staats- „„verfassung ihren Grund haben, außer der oberstrichterlichen Gewalt des „„Kaisers liegen; so sind wir nun doch hierdurch allein noch bey weiten „„nicht berechtigt, die Anwendbarkeit derselben in solchen Rechtsfällen, „„ohne Einführung und nähere Bestimmung, zur Regel anzunehmen. „„Es ist leicht zu denken, daß eine Sache eine Iustizsache seyn, und dessen „„ungeachtet nicht zur richterlichen Entscheidung gelangen kann. Dies ist „„der Fall in allen Rechtshändeln, wo die dabey interessirten Theile keinen

„gemeinschaftlichen Richter anerkennen, dessen Ausprüche sie sich zu unterwerfen gezwungen wären. Aus der Eigenschaft einer Iustizsache folgt „nur die Möglichkeit der richterlichen Entscheidung, nichts kann dazu „gelangen, was seiner Natur nach sie nicht leidet; aber die wirkliche „Anwendung derselben auf den Rechtsstreit hängt erst von der Existenz „eines höhern Richters der Parteien ab; denn von Compromissen ist hier „die Frage nicht.“

§. 8.

Haec sufficient quoad causarum iustitiae denominationem et causas iis contradistinguendas. Definitionem earum quod attinet, eas non ab omnibus eodem modo definiri, immo vulgo plane negligi in compendiis iuris publici, constat. Meam §. 5. obuiam definitionem sic paucis illufrandam esse censeo. Dum in ea loquor *de huic vel illius iuribus et obligacionibus*, hoc ea potissimum mente fit, vt sub his verbis comprehendi possint tam singularum hominum, quam personarum moralium, sive corporum et collegiorum, iura et obligations. Porro *iuris* in definitione mentio fit in eo sensu, quo et leges et hominum legitimas dispositiones sub se comprehendit. De iure *constituto* vero loquor, vt excludatur ius constitendum, sive punctus definitus non esse debet ius per legem legitimam hominum dispositionem constituendum. Aliorum definitiones causarum iustitiae sub examen vocare, vix opus esse iudico. Interim tamen nonnullarum allegatio haud superflua mihi esse videtur. MOSERVS in Tr. *Von den kaiserlichen Regierungsrechten und Pflichten*. Cap. XV. §. 18. ait: „Iustizsachen sind Fälle, darin der Kaiser angerufen wird, dem Ansuchenden gegen den oder die Beklagte Recht angedeihen zu lassen, oder sonst etwas zu thun, wozu eine richterliche Autorität erforderlich wird; darinn mithin der Kaiser nicht thun oder unterlassen kann, was er will, sondern sein Amt verrichten muss; und zwar nicht nach eigner Willkür, sondern nach Maßgabe, der in Deutschland hergebrachten Rechten. Ferner gehöret hierher, was der Kaiser von freien Stücken, von tragenden oberstrichterlichen Amteshalber, thun kann oder sollte, wenn er auch nicht darum angerufen wird.“ EICHMANNVS l. c. p. 304 ad quaestionem ibi motam: „Was sind Iustizsachen?“ respondet: die Regierungsfachen im weitläufigsten Verstande sind entweder von der Beschaffenheit, dass hier auf bereits vorhandene Gesetze, um Läsionen oder Verlezzungen abzuhalten oder gut zu

„ma-

„machen, oder gebührend zu ahnden, nach erfolgter Prüfung angewendet werden sollen, oder nicht; sondern sie haben sonst außerdem das Wohl des Ganzen zum Gegenstande. Im ersten Fall heissen sie Iustizsachen; im zweiten Regierungsfachen im eigentlichen Verstande. Letztere werden auch Polizeisachen, in weitläufiger Bedeutung, genannt, und im engern Sinn diejenigen, welche besonders die allgemeine Sicherheit, Bequemlichkeit, Bewölkung, Gefundheit, Industrie und Nahrung betreffen, und nicht, wie auch aus der Einteilung der Regierungsfachen sich ergiebt, in die Definition der Iustizsachen fallen; denn auch diese betreffen gewissermassen dergleichen Gegenstände.“ Sit iudicium penes lectorem, quae harum definitionum praferenda. Ego propria in causa iudex esse nolo.

§. 9.

An et quaenam dentur species causarum iustitiae? si quaeritur, varia earum dari species negari nequit. Ast, cum non sit huius loci tales species causarum iustitiae hic explicari, quae pertinent ad iurisprudentiam practicam, veluti quod sint, vel caufae summariae vel ordinariae, nec non vel contentiose, vel voluntariae iurisdictionis causae, de iis hic non agendum. Licit porro causarum iustitiae aliae sint per supra dicta §. 3. ciuiles, aliae feudales, aliae criminales, aliae ecclesiasticae, nec harum specierum vltior explicatio ad hanc theoriam generalem referri potest; sed de iis in specialibus iurisprudentiae partibus, nimurum iurisprudentia ciuili, feudali, criminali et ecclesiastica agendum. Multo minus hoc referri et pro specie causarum iustitiae haberi potest, ea administratio iustitiae, quam MOSERVUS appellat *Staatsiustiz* in commentatione: *Von der Staatsiustiz, besonders in Absicht auf Deutschland*. Regensburg 1773. in qua praeferunt loquitur de administratione iustitiae in relatione ad singulos casus considerata, eamque §. 2. ita describit: „Zwischen freitenden Parteien heißt Staatsiustiz, wenn ein Richter oder Landesherr aus Staatsurfachen etwas thut oder unterlässt, das den ordentlichen Rechtsregeln nach nicht seyn sollte, und das er nicht würde gethan haben, wenn ihm die Staatsursachen nicht dazu bewogen: mithin besthet solche, in Administrirung der iustiz, oder Applizirung der Rechte auf befondre Fälle, und dem Gebrauch der richterlichen Macht zu solchem Ende.“ Quae cum ita sint, facile patet, MOSERVVM hic potius loqui de modo quodam decidendi casus in foro, quam de specie causarum iustitiae, idemque etiam de causis, in qui-

quibus locum habet sic dicta decisio causarum quae fit pro auctoritate, quorundam pertinet alia MOSERI commentatio: *Von den kaiserlichen Machtspüren, Frankfurt 1750.* dicendum. Quod itaque attinet divisiones causarum iustitiae quae ad theoriam generalem doctrinae de causis iustitiae referri possunt, et saltem alicuius momenti sunt, non datur alia, praeter hanc, quod vel tales sint, quae, licet veri nominis causae iustitiae sint, tamen decisio earum per iudicis sententiam fieri nequeat, vel tales non sint, sive non nisi amabilis compositio locum habeat, de qua videatur SIEGMANN l. c. Sect. III. p. 203. seqq.

CAP V T II.

DE POTESTATE IUDICIARIA.

§. 10.

Absoluta theoria generali de causis iustitiae, sequitur theoria generalis de potestate iudicaria, sub quo nomine venit ea pars potestatis civilis, quae versatur circa causas iustitiae, sive specialis pars potestatis civilis reipublicae germanicae est. In hac dissertatione iuris publici germanorum vero tantum loquor, de potestate iudicaria, quoad tales causas iustitiae, quae sunt causae iustitiae *civiles*, dum reliquae, sive feudales, criminales et ecclesiasticae causae iustitiae, et specialia quae has causarum iustitiae species tantum concernunt, ad ius publicum referri nequeant, cum ius publicum sit pars iurisprudentiae civilis, sive ad iurisprudentiam feudalem, criminalem et ecclesiasticam remitti debeant. Cum vero summa divisione potestatis civilis iudicariae sit haec, quod sit vel *potestas iudicaria summa seu imperialis* (Reichsjustizhoheit, unabhängige Gewalt in Justizfachen) vel *potestas iudicaria subordinata*, (abhängige Gewalt in Justizfachen) vtrique haec potestas separanda et priori absoluta, ad posteriorem progrediendum est.

MEM-

MEMBRVM I.

DE POTESTATE IUDICIARIA SVMMA
SEV IMPERIALI.

§. 11.

Quoad summam potestatem iudicariam distinguendum est, inter eam; quae *Caesarea* dicenda (kaiferliche Iustizhoheit) et *Vicariorum imperii tempore interregni.* (Vicariats-Iustizhoheit.) Inter has species potestatis iudicariae summae vero praesertim prior notanda, vnde in theoria generali prior posteriori praemittenda est.

SECTIO I.

DE POTESTATE IUDICIARIA CAESAREA

§. 12.

Haec potestatis iudicariae species, secundum ea, quae in *Systemate elem. iurisp. natural.* Dn. PRAESIDIS, V. Cl. §. 1376 — 1392 obueniunt; mutatis mutandis facile in ordinem redigi possunt. Hunc in finem, quae ibi dicta sunt de potestate iudicaria, ad potestatem iudicariam Caesaream applicanda, ita, ut vbiique notetur quid secundum ius publicum positum iustum sit.

§. 13.

Quod si nunc hac via incedendum, ante omnia de I) *singulis partibus potestatis iudicariae caesareae agendum.* Viam hic monstrant, quae §.

§. 1378 — 1381. *Syst. element. iurispr. natur.* Dn. PRAESIDIS obueniunt, secundum quam agendum de potestate iudicaria caesarea, quoad, iurium et obligationum, tam immediatorum, quam mediatorum ciuium germaniae, 1) constitutionem, et de, quae huc pertinet, potestate suppletoria imperatoris de qua exstat CHRIST. FRID. BREYERI diss. de potestate augustiniani suppletoria, utpote parte potestatis iudicariae necessaria. Tbingae 1772. 2) immutationem; 3) persecutionem, ita vt vbiique, quae ibi dicta sunt secundum ius publicum uniuersale quoad quemlibet superiorem, applicanda ad imperatorem tanquam superiorem germaniae. Addenda praeterea, quod 4) conseruationem iurium et obligationum, iura caesarea quae hue faciunt, sieque de conservatoriis et protectoriis agendum, tumque quae l. c. §. 1381. obueniunt, quoad limites naturales potestatis iudicariae superioris, in applicatione ad potestatem iudicariam caesaream euolenda sunt.

§. 14.

His absolutis vterius progrediendum ad II) singula potestatis civilis Caesareae generalis iura, ad rem iudicariam imperii applicata, de quibus, quoad ius publicum uniuersale conferri meretur Dn. PRAESIDIS *Syst. iur. nat.* §. 1583 — 1589. vbi quoad potestatem executoriam (§. 1383 — 1388.) rectoriam (§. 1388.) et inspectoriā (§. 1389) primae lineaē dictae sunt. Licet vero, quod attinet rectoriam et inspectoriā potestatem, prior sub se contineat potestatem legislatoriā et mandandi quoad causas iustitiae, et posterior varii generis iura, praesertim *ius visitandi*, quoad rem iudicariam; hae doctrinae tamen non sunt tanti momenti, vt, me iudice, opus sit, in hac theoria generali de potestate iudicaria Caesarea ad specialiora descendere, et singula Caesarea iura recensere. Subsisto itaque hic, quoad rectoriam et inspectoriā potestatem Caesaream ad rem iudicariam applicatam. Ast, quod attinet executoriam potestatem, hic non subsistendum, cum, si ea applicatur ad rem iudicariam imperii, inde originem trahunt doctrinae de iurisdictione caesarea, vt et de iudiciis imperii, quae tanti momenti sunt, ut in hac theoria generali de potestate iudicaria caesarea magis euoluendae sint. Hinc non possum non, antequam ad alia progredior, ea qua fieri potest breuitate, de iurisdictione caesarea, iudiciis imperii et potestate executoria caesarea stricte sic dicta specialiora quaedam addere.

§. 15.

§. 15.

Iurisdictionem caesaream, quod attinet, ante omnia monendum, quod ad eam duplicem theoriam a se invicem distinguendam esse, nimirum eam, in qua generatim de iurisdictione agendum, et eam, in qua ea addenda sunt, quae speciatim spectant ad iurisdictionis germanicae eas species, de quibus in systemate iurisprudentiae publicae Germanorum tractari debet, sicque non remitti possunt ad systemata iuris feudalis, criminalis et ecclesiastici. Ad ea, quae generatim praemittenda sunt, refero, quae quoad ius romanum de differentia inter iurisdictionem atque imperium, tam merum, quam mixtum, futuro ICto scitu necessaria sunt, tumque de iurisdictione germanica, quoad generalissima principia addenda sunt, quae ad ea referri possunt. His praemissis, speciatim de iurisdictione germanica summa, et quidem ea, quae sub *Caesareae iurisdictionis* nomine venit, agendum, et sub hoc nomine ab ipsa potestate iudicaria summa *Caesarea* distinguenda, tractandum; haecque theoria ea est, quae est huius loci, dum de reliquis speciebus infra suis locis agendum est. Licet vero hic ad specialiora descendere non liceat, non possum tamen non monere; divisionem iurisdictionis criminalis in sublimem et subalternam, quidem non plane reiiciendam, ast tamen superfluum esse, dum sic dicta sublimis iurisdictio sit ipsa potestas iudicaria, et sola sic dicta subalterna iurisdictio, sit tale ius, quod iurisdictio dici potest, quippe quae est ius, ab eo, qui habet potestatem iudicariam acquisitum, quod concernit potestatis iudicariae exercitum. Caeterum adhuc notandum, iurisdictionem, de qua hic, secundum dicta, tantum agendum, et iurisdictio imperialis summa Caesarea dicitur, diuidi non posse, in iurisdictionem *administratoriam* et *patrimonialem*, sed sua natura administratoriam, indeque semper subordinatam iurisdictionem esse, quoad potestatem iudicariam summam *Caesaream*.

§. 16.

Progedior ad iudicia instituta in republica, quorum finis est tanquam explicatio iurisdictionis, qui iudicii significatus est, inter varios, is, qui huius loci est. Et hic, prout in doctrina de iurisdictione *generales doctrinae*, a magis specialibus separandae sunt. Quoad generales doctrinas de iudiciis vero, vari significatus iudicii in sensu iuris romani, hoc loco explicandi sunt, additis iis, quae generatim de iudicis secundum ius germanicum di-

cenda sunt. His praemissis vero, in *specialiori* de iudiciis tractatione, hic de iudiciis, ad explicationem iurisdictionis germanicae summae Caesareae constitutis, quae iudicia imperii summa Caesarea dicenda, agendum. Sunt ea, vel *stabilia* seu *ordinaria*, vel *non stabilia* seu *extraordinaria* iudicia imperii. Priora sunt, vel *suprema iudicia imperii*, veluti consilium imperiale aulicum, et Camera imperialis, vel *iudicia imperii subalterna*, veluti iudicia provincialia Caesarea. Posteriora sunt, vel *iudicia austriagalia*, vel *alia iudicia vi commissionis Caesareae talia*. His praemissis, ad doctrinam de fori competentia quoad iudicia imperii, progrediendum, cum iudicium, in relatione ad causas iustitiae ei subiectas, vel non, consideratum, dicatur *forum*, quod vel *competens*, vel *incompetens* forum est. Ad ius publicum itaque referri debet doctrina de fori competentia, eaque quoad iudicia imperii hoc loco explicanda est.

§. 17.

Quod attinet potestatem executoriam stricte sic dictam quae quoad causas iustitiae potestatis iudicariae summae Caesareae et ex ea fluentis iurisdictionis imperialis, pars est. Cum vero hic in generali theoria de potestate iudicaria subsistendum sit, et specialia per se pateant, non nisi hoc monendum, doctrinam de concursu circulorum imperii ad eam, hic non negligendam esse.

His absolutus sequitur III) doctrina de obligationibus subditorum potestatis iudicariae respondentibus, quae in iure publico vniuersali l. c. §. 1390 — 1392 obuenit. Inter tria capita huius doctrinae, de primo potissimum, quoad potestatem iudicariam summam Caesaream notandum, illud concernere arduam doctrinam de via facti in germania licita, quae eo magis curatius tractanda, quo magis ab ea dependet, quid iustum sit, quod viam facti in causis iustitiae ecclesiasticis, licet hac de re non in jurisprudentia publica, sed in jurisprudentia ecclesiastica, agendum.

SECTIO

SECTIO II.

DE POTESTATE IUDICIARIA SUMMA
VICARIOVM IMPERII.

§. 19.

Cum in Germania detur potestas iudicaria summa duplex, quarum altera est ea, quam absolui quoad theoriam generalem sub nomine potestatis iudicariae summae Caesareae: sequitur altera, quae itidem potestas iudicaria summa est, ast Caesarea dici nequit, quoniam ea est, quae competit tempore interregni Vicarii imperii. Est haec diuisio, quantum scio, noua, et miror FRID. GUIL. TAFINGERVM in Diss. de *suprema in imperio romano germanico iurisdictione tempore interregni* Tub. 1755, huius diuisisionis ne verbo quidem mentionem fecisse. Hoc non obstante tamen eam defendo, tanquam in ipsa rei natura fundatam adaequatam et vitem diuisionem. Quae cum ita sint, et ut theoria generalis doctrinae de potestate iudicaria sit completa, absoluta theoria de potestate iudicaria summa Caesarea, in completo systemate iurisprudentiae publicae Germanorum, theoria de hac potestate iudicaria summa Vicariorum imperii addenda, vel saltem, quod consultius esse iudico, in ea huius speciei mentio facienda ipsa tractatio vero, ad doctrinam de regimine Germaniae tempore interregni, remittenda.

§. 20.

Caeterum in hac theoria generali de potestate iudicaria quoad hanc eius speciem, sive theoriam de potestate iudicaria summa Vicariorum imperii, plura non addenda esse existimo, quoniam theoria generali de potestate iudicaria summa Caesarea praemissa, facilis negotio determinari potest, in quo haec theoria cum ea conueniat, nec ne. Ast tamen, varias dari differentias inter utramque speciem potestatis iudicariae summae, negari non potest.

MEM.

C 2

MEMBRVM II.

DE POTESTATE IUDICIARIA
SUBORDINATA. 104

§. 21.

Constat per supra §. 10. dicta, potestati iudicariae summae nunc absolute, opponendam esse alteram, quae sub nomine *subordinatae potestatis iudicariae* opponitur summae. Licit vero haec potestas vulgo dici solet potestas iudicaria territorialis (die gerichtliche Gewalt des Landesherrn; Landeshoheit über das Gerichtswesen) tamen pro magis concinna habenda prior denominatio, quoniam dici nequit, non nisi dominis territorialibus eam competere.

§. 22.

Licit sit, quoad *partes et species* potestatis iudicariae subordinatae Germanorum: ut et ordinem secundum quem doctrinae ad eam pertinentes se inuicem subsequi debent, in systematica iuris publici Germanorum tractatione magna inter utramque speciem conuenientia; tamen nec desunt quaedam differentiae de quibus paucis agendum.

§. 23.

Quod attinet *species et partes* potestatis iudicariae subordinatae, cessat hic diuisio potestatis iudicariae summae in Caesaream et Vicariorum imperii potestatem iudicariam summam, prout per se patet; nec huc trahi possunt, quae quoad territoria ecclesiastica sede vacante locum habent. Ast, cum dentur sic dicta *territoria subordinata*, quoad ea locum habet diuisio potestatis iudicariae, quae aliquam similitudinem habet cum dicta diuisione. Porro quoad *iurisdictionem, iudicia et fori competentiam*, varia obueniunt, in quibus differunt potestas iudicaria summa et subordinata, quae vero non sunt huius loci.

§. 24.

OMINOS DOCTRI

§. 24.

Quod porro attinet *ordinem* doctrinarum secundum quem potestas iudicaria subordinata in systemate iuris publici tractanda, ea non quidem solet, ast tamen potest et debet, eodem modo et ordine tractari, secundum quem potestas iudicaria summa Caesarea per dicta in antecedentibus tractari potest et debet.

§. 25.

Cum itaque, prout ex dictis patet, causae iustitiae intuitu potestatis iudicariae Germanorum, fere in omnibus conueniant, siue concernant potestatem iudicariam summam, siue subordinatam, et ea in quibus differunt non sint tanti momenti, ut in hac theoria generali de iis pluribus agendum sit huic specimeni subscripto, *Tantum*.

CLA-

CLARISSIMO DOMINO

AUCTORI ET RESPONDENTI

P R A E S E S.

Finis coronat opus, T V V M, quod nunc finis opus, erat in nostra academia, studiis operam dando et intellectus culturae promouendo, colligere eruditio[n]is thesaurem. Hoc opus T V V M nunc finitur cum publico, quod edis, eruditio[n]is TVAE specimen; siveque finis TVAE vitae academicae est omnia talis qui coronat opus. Gratulor itaque TIBI ex animo de corona, quoad hoc opus T V V M nunc finitum, obtenta, eoque magis ex animo, quoniam, pro dolor! sunt, quorum idem opus finis non coronat, sed potius —. TV nunc, studiis academicis feliciter et cum laude finitis, radio in patriam, et opus aliud perficiendum suscipis, quod, quoad finem in alio sensu sumitum, multiplex esse potest, qualecumque vero sit aliud opus a finito diuersum, et illud, ut spero, finis coronabit. Sic eris felix, quod opto: et ut mei memoriam nunquam deponas, est id quod peto. Dabam d. IV. Iul. MDCCCLXXXIX.

VIRO

CIA

LAURENTIUS DORNACIUS
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

PRAESES ET CENSORIS
AMICO SVO DILECTISSIMO
AMICO SVO AMANTISSIMO

D O M I N O R E S P O N D E N T I

S. F. D.
SILESIUS.

CAROLVS FRIDERICVS STRECKENBACH;

SILESIUS.

O P P O N E N S.

Quaelibet occasio, tibi, amice dilectissime! confiteri, quanti te existimem, mihi semper exoptata fuit; quid inde suauius mihi occurrere potuit, occasione opportuna, quae hodie mihi se offert, te publice testificandi, amoris, amicitiaeque meae? At huic gaudio dolor se immiscet, penitando, te paucis diebus nos esse relieturum, et in patriam rediturum. Attamen post breve temporis spatium, fors, quod nunc nobis iubet, ut diuersus petamus, nos in ruris paternis sociat. Redreas inde! Amica suauissime, in patriam, eruditione solidissima instrutus, et persequere, quam ingressus es viam, quippe quae ad virtutis templem optimum quemque ducit. Collige ibi fructus diligentiae et eruditiois tuae, quos grata nostra communis patria tibi iam parat. Benignissimum inde numen faueat semper coepitis tuis, et tibi omnes felicitates, summosque honorum gradus praebeat, quae virtus tua meretur. Sis felix, ubi sis, — viue quod minime dubitandum, in ornamentum Silesiae, et amore atque amicitia tua semper mihi faue. Vale! et nunquam mei sis immemor. Dabam Halae d. IV. Iulii MDCCCLXXXIX.

P R A E-

PRAENOBILISSIMO ATQVE ORNATISSIMO
RESPONDENTI
AMICO SVO DILECTISSIMO
S. D.

E. G. MENZEL, OPPONENS,

SILESIUS,

CYROLAS HERDPRICAS I. TRECORNINACI.

*M*aximopere gaudeo, quod me hodie TVAE diligentiae laetitiaeque huius dies testem et participem volueris, quo me aduersarium TVAE doctae dissertationi constituiſti. Non exspelles, quod laudibus meis quas mereris te prosequar. Specimen eruditio[n]es TVAE, quod hodierno die eruditorum iudicio submittis, loco probationis est et sufficit, satis probat TE in hac alia Musarum sede talem te praebeſſe, qualem nos omnes praebere oportet. Nihil reliquum mihi esse videatur quam quod TIBI fausto laetaque apprecer, utque in rebus TVIS felix fortunatusque sis, ex intimo animi mei optem. Scimus virtutem praeemia sequi, quamobrem et ego spero, TIBI in posterum ad vitam beatam sufficiendum nihil defuturum esse. Reliquum est ut me benevolentiae et amicitiæ TVAE quam maxime commendem. Dedi Halae in mense Iulii MDCCCLXXXIY.


MDCCCLXXIY.

halles, Diss., 1788-91



Sb.

vDn78



1789

DISSESSATIO
IVRIS PVBLICI GERMANORVM
SISTENS
THEORIAM GENERALEM
DE
CAVSIS IVSTITIAE
ET
POTESTATE IVDICIARIA

DAN

QVAM
SVB PRAESIDIO
VIRI
PERILLVSTRIS ET CONSULTISSIMI
D. DAN. NETTELBLADT,
POTENTISSIMO BORVSSORVM REGI A CONSILIIS INTIMIS,
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS,
ET
FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARI,
DIE IV. IVLII MDCCCLXXXIX.
DEFENDET
AVCTOR
IO. GOTTL. LEBERECHT HOFFMANN,
LIGNITIO - SILESIUS.

HALAE,
FORMIS VIDVAE CVRTIL

